Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eum et mundus me iam non uidet: uos au
tem uidetis me quia ego uiuo et uos uiue
tis. In illo die uos cognoscetis; quia ego in
patre meo. et uos in me et ego in uobis. Qui
habet mandata mea et seruat ea: ille est qui dili
git me. Qui autem diligit me: diligetur a
patre meo. Et ego diligam eum. et manifesta
bo ei me ipm. In die scō. actuum apl'orum.
In diebus illis: Dum compleretur dies pē
tecostes: erant omnes pariter discipuli in eodē
loco. Et factus est repente de celo sonus tamq̄
aduenientis spiritus uehementis: et repleuit
totam domum ubi erant sedentes. Et apparuit
illis dispartite lingue tamquam ignis: seditq̄
supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes
spiritu scō: et cepunt loqui uarijs linguis. pro
ut spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant
autem in iersln habitantes uidelicet uiri religiosi:
ex omni nacione que sub celo est. Facta autē
hac uoce conuenit multitudo: et mente con
fusa est quoniam audiebat unusquisq̄ lin
guam suam illos loquentes. Stupebant aut
omnes: et mirabantur dicentes. Nonne ecce
omnes isti qui locuntur galilei sunt. Et quo
modo nos audiuimus unusquisq̄ linguam
nam in qua nati sumus. Parthi et medi. et